

Band II., Nr. 381, Seite 145-146

Bischof Heinrich von Würzburg bestätigt die von Wolfram von Bebenburg geschehene, unter den Schutz seiner Kirche gestellte Stiftung des, früher Neusäß, nunmehr Schöntal geheißenen Klosters samt dahin übergebenen genannten Höfen mit Zugehörungen.

Würzburg, im Haus des Bischofs, 1163.

(Chr.) In nomine sanctę et individue trinitatis. Henricus, dei gratia Werzeburgensis ecclesię episcopus. Ex officio nostre speculationis nec non intuitu divine remunerationis, locis venerabilibus, et precipue Christi pauperibus curam et diligentiam tenemur impendere, ipsosque et universas res ipsis contraditas, quod ad nos pertinet, et tueri et fovere et scripti nostri cautela communire. Horum itaque contemplatione universos Christi fideles tam futuros quam presentes volumus cognoscere, qualiter quidam homo nobilis, nomine Wolframmus de Bebenburc videlicet, cenobium in predio suo fundavit, et ipsum locum, qui tunc Nusaze, set nunc Speciosa Uallis dicitur, cum omnibus suis pertinentiis ecclesię sancti Kyliani ad perpetuam tuitionem contradidit, professionique et ordini Cystereciensium per venerabiles personas assignavit. Postea vero non multo transacto tempore se ipsum ibidem ad serviendum deo et sanctę Marię voto professionis obtulit et reddidit. Has autem curtes: Hallesberc, Brachelberc, Steine prefatus Wolframmus predicto cenobio cum omnibus appenditiis, agris, silvis, pratis, aquis aquarumque decursibus, cum liberis suis, legitimis heredibus videlicet, potestative et sine omni contradictione tradidit ac delegavit. Quam quidem donationem predicti filii eius, licet in primis minus acceptam persuasione sinistra quorundam habuissent, tamen postea, ducti penitentia, instigante quoque inspiratione divina, eam publico et manifesto assensu sub presentia nostra coram maioribus ecclesię nostre personis, nec non et aliis nobilibus viris, interposita sua fide ne aliquando in contrarium venirent, approbaverunt. Eapropter, ut huius rei constitutio et tam legitima, tam pię devotionis oblatio in omne ęvum stabilis et inconvulsa permaneat, ipsam ad imitationem predecessoris nostri, pię memorię Gebehardi, in scripta redegimus, quę impressione nostri sygilli communimus, subiuncta horrenda anathematis excommunicatione in omnem hominem, de cetero factum tam rationabile, tam deo acceptabile infringere vel infirmare volentem. Huius rei testes sunt hii: Heroldus prepositus de domo. Persevs decanus. Iohannes scolasticus. Godefridus cantor. Richolfus archidiaconus. Reinardus prepositus de Nouo Monasterio. Gerhardus decanus. Wolfgerus scolasticus. Laici: Cönradius de Bockesberc. Fridericus de Bilrieth. Cönradius de Phuzeke.

II

Sigbodo de Cimberen¹. Heinricus de Luden. Theodericus de Askeshusen. Ministeriales: Billungus vicedominus. Goteboldus. Bodo. Gotefridus. Heinricus scultetus. Billungus scultetus. Heinricus Weiso. Walcun. Bernehart. Nibelong. Sigbodo. Craft de Beringen et alii quam plures clerici et laici.

Acta^a sunt hec in domo episcopali, anno dominicę incarnationis MCLXIII., indictione XI., regnante Romanorum imperatore Frederico, anno regni eius XII., imperii vero VIII.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.

Das runde Wachssiegel war unten rechts aufgedrückt, ist aber abgefallen und nur noch in einigen losgetrennten Bruchstücken übrig. Man erkennt noch den Bischof in sitzender Gestalt und den Rest der Umschrift: ...RCEBVRGENS...

^aDer Schluss von *Acta* an ist von etwas kleinerer Schrift.

¹Nicht Zimmern, Seckack, MOS, sondern Zimmern, Grünsfeld, TBB.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

StA Ludwigsburg

Signatur/Titel des Originals:

B 503 I U 2

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Würzburg, im Haus des Bischofs

Ortsindex:

Aschhausen Wohnplatz (2644)
 Aschhausen, Schöntal, KÜN
 Bemberg : Rot am See SHA
 Bemberg Wohnplatz (3196)
 Bielriet Wüstung (22214)
 Bielriet, Schwäbisch Hall, SHA, W
 Bieringen Wohnplatz (2646)
 Bieringen, Schöntal, KÜN
 Boxberg Wohnplatz (3669)
 Boxberg, TBB
 Brechelberg Wüstung (22023)
 Brechelberg, Schöntal, KÜN, W
 Kloster Schöntal Wohnplatz (2651)
 Kloster Schöntal, Schöntal, KÜN
 Lauda Wohnplatz (4000)
 Lauda, Lauda-Königshofen, TBB
 Neusaß Wohnplatz (2655)
 Neusaß, Schöntal, KÜN
 Pfitzingen Wohnplatz (3839)
 Pfitzingen, Niederstetten, TBB
 Stein Wüstung (25639)
 Stein, Schöntal, KÜN, W
 Würzburg, WÜ
 Zimmern Wohnplatz (3774)
 Zimmern Wohnplatz (6176)
 Zimmern, Grünsfeld, TBB
 Zimmern, Seckach, MOS